




# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/322637>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



19.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERIJ,

MATH. MAG. PHIL. NAT., MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS VINJU,

Indo-Batavus.

A. D. XXX. M. Septembris, anni MDCCXLVIII, hora II.



TRAJECTI AD RHENUM,

A P U D J. DE KRUIJFF.

MDCCXLVIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

# THESES.

---

## I.

In XII Tabulis non legebatur „*paterfamilias* uti  
legasset ita jus esto.”

## II.

Ex solis Digestorum fragmentis satis colligi non

potest, an *Icti* Romani statuerint, bonae fidei possessorum fundi dominium fructuum acquirere.

## III.

Si filius familias de peculio castrensi testatus non est, nullis liberis vel fratribus superstibus, ad patrem jure peculii pervenit.

## IV.

Emtor praedii, cuius locatio non est finita, agere contra venditorem potest ad transferendum dominium, non vero ad obtinendam vacuam praedii possessionem.

## V.

Uxor civitatem non amittit, si maritus peregrinus est factus.

## VI.

Mater non indiget auctoritate mariti, ut filio prioris tori, uxorem ducenti possit consentire.

## VII.

Legislatorem in art. 264 C. C. non spectasse condemnationem peregrinam, contendo.

## VIII.

Liberi naturales definiri non debent, nati ex parentibus qui invicem matrimonium contrahere possunt.

## IX.

Privilegium ex art. 1195 n°. 5 C. C. non spectat lumen gazophoticum.

## X.

Non licet collegio municipali, leges aut statuta facere proxenesis.

## XI.

Litterarum cambialium origo est repetenda ex Italia.

## XII.

Praesumtio ex art. 164 C. M. etiam prodest trassanti.

## XIII.

Quamvis nomen magistri in contractu assecuratio-  
nis expressum est, alius tamen magister navi praec-  
poni potest.

## XIV.

In casu art. 733 al. 2 C. M. actio de jactu etiam  
competit mercium domino, cuius consensu merces  
in navis tabulata sunt positae.

## XV.

Furtum cespitis bituminosi non potest puniri ut  
furtum messis (récolte) ex art. 388 C. P.

## XVI.

Injuriae verbis factae in officialem vectigalium,  
non applicari potest art. 224 C. P.

## XVII.

Non adsentior Jurisconsulto Legraverend, dicenti  
 „dans tous les cas le mandant est responsable du  
 crime avec toutes les circonstances.“ Tom I. p. 136.

## XVIII.

Omnino laudanda est dispositio C. P. art. 336,  
 qua soli marito facultas datur accusandi uxorem  
 adulterii.

## XIX.

Infanticidium non semper est meditatum.


## XX.


Ex art. 60 C. P. certaminis singularis testes pu-  
 niri nequeunt.

## XXI.

Consensus in homicidium non est causa justifica.







1900244